



Die Schrift

Degering, Hermann

Berlin, 1929

55 Evangelienfragmente, geschrieben in England, im Besitze der Kathedrale zu Hereford. 9. Jahrh. (Nach: New Palaeogr. Society, S. 1, V.1. pl. 233b.)

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68942)

sponsus est amicus autem sponsi qui
scit & audit eum gaudeo gaudeo prop
ter uocem sponsi Hoc ergo gaudium meum
impletum est illi oportet crescere me
autem minui quid est super uenit super
omnes est quid est supra & de terra loquitur
qui de celo uenit super & quod uidit & au
diuit hoc testatur & testimonium eius
nemo accipit qui accipit eius testimonium
signatur quia dicit uerax est quem enim
misit deus uerba dei loquitur non enim ad
mensuram dat deus spiritum suum pater dilexit
filium & omnia dedit in manus eius qui
credidit in filium habet uitam eternam qui
autem incredulus est in filio non uidebit
uitam sed ira dei manet super eum Ut
ergo cognouit ihesus quia audierunt pharisaei
quia ihesus plures discipulos factos & ab
azabat plus quam iohannis quanquam
ihesus non ab azabat sed discipuli eius reli
quit iudeam & abierunt in galiliam
oportebat autem eum transire per sa
mariam Venit ergo in ciuitatem sama
rie que dicitur sichar iuxta pradium quod
dedit iacob ioseph filio suo Erat autem
ibi fons iacob ihesus ergo fatigatus sitiens
sedebat sic super fontem hora erat quasi
si sexta Venit mulier desamaritana auripere
aquam dicit ei ihesus da mihi bibere discipuli
enim eius abierunt in ciuitatem ut cibos
emerent dicit ei mulier illa samaritana
quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poses
que sum mulier samaritana non enim